

cum quo Luna habet coniunctionem, uel aspectum, & etiam de natura signi, ac proprietate in quo fuerit. Vide etiam quando Luna in anno transierit per locum infortunæ radice, quoniam est mala significatio.

Pro regimine anni formando ex transitu Solis
per 12 signa Zodiaci.



VI de Astrologia naturali scripserunt, ex transitu solis per duodecim signiferi signa, à loco solis tempore natiuitatis, tanquam ab Horoscopo exordium facientes, de actionibus nati annuis constituendum esse iudicarunt, quorum sententia ea potissimum ratione niti uidetur, quòd uel soli perpetuò Hylegiale dignitatē tribuunt, atq; hinc etiã loco ipsius uitæ significationem ascribunt, uel quòd sicut temporum qualitates, ita nati quoq; inclinationes ad

diuersas actiones, à lumine solis fortius reliquis sideribus alternatè primas in corporibus qualitates, maximas accipere mutationes statuerunt. Quorum prius, ut nò ubiq; aut perpetuò locū habet; ita posterius illud nò facile repræhendi aut confutari potest.

Primæ igitur domus initium (ut dixi) & iudicium fecerunt rerum & actionum, quas ea secundum artis præcepta, tanquam proprio iure sibi uendicat, inchoantes à loco solis tempore geneseos ac tricenis signiferi partibus ab eo loco retro numeratis, pro completionem primæ domus, postea initium secundæ domus genethliacæ, actionumq; & rerum ab ea pendentium, prædictiones determinarunt, tricenis Zodiaci gradibus, ut conuenit, æquali in uniuersum distributione obseruata, usq; ad sinistram solis Hexagonum, huic quoq; domui anumeratis. Quo in loco postea primum quasi limitem tertiæ domus statuerunt, & eandem planè rationem in reliquis omnibus, atq; adeo singulis cœli domicilijs, & actionibus ac rebus secundum præcepta & obseruata artificum ipsorum attributis, secuti sunt.

Pro foelicitate autem, uel aduersitate illarum rerum & actionum definienda, consuetum & usitatum artificibus modum retinuerunt, foelicium aut infaustorum radiorum ad locum cœli obseruatis occurribus, quorum significationes supra suo loco recensuimus.

Porrò tempora foelicia aut aduersa rerum & actionum singularum secundum domiciliorum cœlestium significata ex tabulis Astronomicis, aut ex Ephemeribus mutuati sunt. Vt cum Sol tricenis gradibus à loco suo in genesi digressus motu proprio in his depræhenderetur, significata secundæ domus exordium sumere decreuerunt. Quòd si eodem in loco, aut in sequentibus triginta gradibus infaustis aut prosperis stellarum in genesi radijs applicuit, eo tempore infausti aliquid aut prosperi de significatis secundæ domus nato euenturum iudicarunt.

Exempli gratia, in natiuitate nostra proposita, cuius *ουοχηματις* & loca omnia in subiecta tabella annotauimus, pro actionibus & euentibus annuis significatorum primæ domus assumeretur ab illis uerus locus Solis in 10 grad, 40 mi. Arietis tempore natiuitatis inuentus, qui in tabula sub columna ν infra assignatus est, à quo initio Sol usq; ad 10 grad. 40 minu. Tauri progrediens, fatales gubernaret euentus significatorum primæ domus, secundum fortunam occurrentium radiorum à 22 Martij usq; ad 22 Aprilis, quod tempus uniuersum nato in significatis primæ domus foelix faustumq; fore inde iudicarent, quòd nullis maleficarum in foelicibus radijs, ab eo exordio usq; ad initium secundæ domus, quod est in 10 gra. 40 mi. Tauri, obijcitur. Nam & altera statim die ad trigonum Martis cū perfecta receptione applicat, & inde usq; ad undetrigesimā Martij ad corpus Mercurij prouehitur, & ab eo usq; ad nonam Aprilis diē ad corpus Veneris progreditur, à qua digrediens appulit circa decimā tertiam eius mensis ad locum partis fortunæ tandemq; uicesima eiusdem ad Trigonum

M m iij Satur